



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

3 Canon 14. Apostolicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

1

De Saturnino permutacionis

serupulos gignunt in animis permutantium adeo duros, adeo præterea vehementes ac ventres, eosdemque iustos, vt Saturnini voracitas nullos vnquam consimiles genuerit cruciatus illis ipsis qui deuorabantur: cum grauitèr in conscientia non temporarios at perpetuos experiat cruciatus, qui ne morte quidem corporis finiuntur sed magis ac magis crescunt & grauiores acrioresque redduntur, nisi salutaribus ante mortem fuerit expiata pœnitentiæ Christianæ Catholicæque remediis. quorum quidem remediorum præstat nõ indigere prudenter abstinendo talibus à commerciis, quam temerarias & quasi nundinatorias faciēdo permutaciones tantum subire periculum, cuius amator dignus est qui pereat in illo.

2
Priscum de non mutando per Ecclesia. Sicos loco us.

3
Canon. 14. Apostolorum.

Priscum ius est, ipsis Apostolis natum Authoribus, ne vel Episcopi vel vlli clerici sua loca suæque quasi stationes in quibus constituti semel fuerint leuiter deserant, sed in iis ad extremum vsque vitæ suæ spiritum constanter perseuerent. Canon Apostolicus ex editione Græcorum numero 14. tum apud alios tum apud Photium Patriarcham Constantinopolitanum eiusdemque Interpretem Balsamonem sic de Episcopis habet, ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι κατὰ λεψαλῖα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρα ὀπίστηδον &c. quem integrum canonem Gentianus Hæmetus ita vertit, Episcopo non liceat sua relicta parochia seu diœcesi ad aliam transilire, etiam si à pluribus cogatur nisi sit aliqua causa rationi consentanea quæ eum cogat hoc facere; vtpote

ppote ad maius lucrum, cum possit ipse iis qui
 hic habitant pietatis verbo conferre: idque
 non ex se, sed multorum Episcoporum iudicio
 maxima exhortatione. De Clericis omnibus
 Canon Apostolicus mox inde sequens ni-
 mirum 15. idem fere constituit, ne scilicet ab-
 sine sui Episcopi venia commigrent aliò; graui-
 ter sancita transgressoribus pœna. versio ta-
 men (vt illud obiter hic moneamus) doctissimi
 illiusque viri Francisci Turriani clariores &
 auctiores nobis exhibet eos canones Apосто-
 licos in fine lib. 8. eiusdemque vltimi Consti-
 tutionum Apostolicarum per Clementē Ro-
 manum ipsius D. Petri discipulum & successo-
 rem luculentissimè conscriptarum, vbi licet
 Canones Apostolici numerentur duntaxat 75.
 Porro decimus & vndecimus loci sunt huius,
 cum Photius & alij numerent 85. res tamen
 vix prorsus est eadem. quandoquidem Cle-
 mens aliquando duos vel tres Canones con-
 tribuit in vnum. Latini scriptores Isidorum
 Hispalensem ferè secuti (qui in principio sui
 decreti 47. canones Apostolicos ponit) solos
 anteriores 47. descripserunt, quorum vltimus est
 de trina immersione in baptismo. quos tamè 47.
 contrahunt alij solos in 41. sicut alij contra di-
 stinguunt eosdem in 50. quem numerum ponit &
 post Gratianus distinct. 16. in princ. & seqq.
 Quorum quidem Canonum Apostoli-
 corum omnium tanquam *γνησίων* & ingenuo-
 rum seu verissimè ab Apostolis factorum asser-
 tionem defensionemque petes ex eodem Tur-
 riano

4
 Canon. 15.
 Apost.

5
 Apostolico-
 rum Canonū
 numerus &
 auctoritas.